



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 78. Decretum Universitatis Parisiensis ad ceteras Academias pro
jurium & Doctrinæ suæ defensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

Sæc. XVII. Verum Franciæ Rex hanc cauſam ad
A. C. 1625 se evocabat, edito hanc in rem Sanctio-
ris Senatus decreto.

§. LXXVIII.

*Decretum Universitatis Parisiensis ad
ceteras Academias pro iurium &
doctrinæ suæ defensione.*

*Argentre
l. c. p. 184.*

Cum vero Jesuitæ huic decreto innisi
Academiam Engolismæ erigendæ
consilium urgerent, acrius Parisiensis
Universitatis odium in se concitabant,
quocirca hæc cum ceteris Regni Aca-
demiarum communis cauſæ societatem
innovans, eas ad iurium & doctrinæ
suæ defensionem die decima nona Ju-
nii milles hisce literis incitabat. „Ex
„quo Tolosani Senatus decretum die vi
„gesima septima Septembris in rem de-
„cusque Academiarum Gallicarum con-
„firmatum, fuerat promulgatum, novis
„artibus illud quotidie Jesuitæ insi-
„mare tentarunt: Hi enim Engolis-
„mæ, Academiam erigere moliuntur:
„Flexiæ, judicis Conservatoris institu-
„tionem, & Singularis fori privilegium,
„quod Solis Academiarum hactenus cor-
„cessum fuit, ambire, ac persequi pre-
„sumunt: Denique non hos tantum,
„sed & alios Religiosi nominis homi-
„nes aut Scholas veteres laceſſunt,

„au
„va
„in
„is
„et
„&
„ju
„re
„T
„tia
„ut
„ju
„pe
„qu
„un
„ru
„stu
„le
„de
„co
„fo
„ea
„q
„la
„A
„T
„J
„ti
„h
„q
„fi
„n&

„aut in veterum perniciem subinde no- Sæc. XVII.
„vas extruunt: proinde Academiarum A.C. 1625.
„interest vel maxime, ut ipsæ studiis
„iisdem antea semper inter se conjun-
„ctæ, in executione rei judicatæ, ut
„& in retinendis persequendisque suis
„juribus, ac tuendis honoribus vete-
„rem, atque eandem, quam in causa
„Turnonia nuper usurparunt, amici-
„tiam, consociationemque continuunt:
„uti ea res, aliæque ad defensionem
„jurium, honorumque Academiarum
„pernecessariæ, bene, fauste, feliciter-
„que & ad Dei gloriam cedant, de his
„universi ac singuli Ordines ita censue-
„runt: Placere Universitati Generali
„studii Parisiensis cum Tolosana, Va-
„lentiana, Cadurcensi, & aliis Aca-
„demiis, quæ in causam Turnoniam
„consenserunt, veterem amicitiam,
„scodusque continuari. Decretum in
„eam rem fieri, præscribi, & primo
„quoque tempore ad omnes & singu-
„las cum literis publice mitti Joanni
„Alberto Rectori ex Senatus consulto
„Tolosano, Sacrique Consistorii placito,
„Juris Academiarum omni ratione re-
„tinendi, persequendique potestatem
„hujus Academiæ nomine fieri, curam-
„que committi, & cum eo, ut pro sua
„fide, ac studio id præstare velit, agi
„& rogari. Atque uti pia & æterna

Q 2

„Uni-

Sæc. XVII. „Universitatum amicitia ad Reipublicæ
 A.C. 1625. „commiōdum foveatur, conserveturque,
 „hoc decretum perpetui foederis mo-
 „nimentum in communi tabulario affer-
 „vandum esse.“

Eodem igitur anno Tolosana, Bur-
 degalensis, Cadurcenſis, Pictavienſis,
 Andegavenſis, Rhemenſis, Bituricen-
 ſis, Aurelianensis, Cadomenſis, & A-
 quensis Universitatis, feorſim quælibet
 edito decreto ſeſe Parifiensi Univer-
 tati aggregarunt, ſuumque Rectorem,
 ut earum nomine cauſam contra Je-
 ſuitas ageret, nominarent.

§. LXXIX.

*Libellus supplex Universitatis Par-
 ifinæ ad Regem.*

*Arpenſtre
 pag. 184.*

Igitur Parifina Universitas ceterarum
 nomine Regi libellum supplicem hu-
 justenoris porrexit: „Potentissime Rex,
 „Rector, Decani, Procuratores, can-
 „taque veſtræ Universitatis Parifina,
 „membra humillime Majestati veſtra
 „eadem exponimus, quæ pro defenſio-
 „ne noſtræ cauſæ contra Jeſuitarum
 „molimina, eorumque doctrinas noſtri
 „Prædeceſſores tam in veftro Senatu,
 „quam in Parlamento, necnon San-
 „ctiori Conſilio aliisque tribunaliſ
 „veſtris ſepiſſime, & jam dudum pro-
 „posue-